

Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 13 : De Sirenibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[94\] : De Sirenibus](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 13 : De Sirenibus](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 14 : Des Serenes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 13 : Des Serenes](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination p. 756-765

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Sirènes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

& perpetuas arumnas trahent: cum sit animaduertendum de nos tanquam stupidos ab his adduci patiamur. Et quoniam ex altera parte multa nos circumstant pericula, cauendum ne cedamus, sed forti animo illa superanda: in quibus vtriusque vti conuenit prudentia nostra, & diuinum implorare auxilium, quod nemini sincero animo petenti deesse consuevit. Hoc si fecerimus, incolumes ex omnibus vel grauissimis periculis euademus, neque à perniciosis voluptatibus capiemur. Id qui fecerit, erit Perseus Iouis filius, Deo gratus scilicet & amicus. Quidam senserunt multas bellicosas scæminas fuisse in finibus Libyæ occasum versus, sed in primis Gorgonum genus, in quas Perseus militauit, quæ virginitatem seruantes imitæ strenuitatis per quoddam tempus militare tenebantur, peractis militiæ annis ad scætum verti poterant, quibus viri parebant ac domos seruabant, & res domesticas hæc habitabant ad Tritonidem stagnum ad occasum apud Oceanum in Æthiopia, quæ debellatæ fuisse à Perseo Iouis filio dicuntur quo tempore Medusa illis imperabat, penitusque deletæ sunt ab Hercule quo tempore posuit columnam in Libya. Tritonis autem stagnum dicitur terræmotibus & Oceani irruptionibus euanuisse. Itacius tamē fabulam hanc ad res naturæ deducere conatur, dicitque Gorgones esse maris filias, quoniam dictæ sunt à fremitu maris, aquas scilicet. Ad has Perseus, siue Sol, Iouis filius, nempe mentis diuinæ minister, Mineræ consilio accedit: cum omnes naturæ actiones fiant pro diuina sapientia neque frustra, neque inutiliter. ob motus celeritatem hic habuisse dicitur Nympharum volucres calceos: cum in omnia vis eius penetraret, falcem cepit à Mercurio: at cum ita humores quos attrahit extenuet ut à nemine videri possint, galeam habuisse dicitur Plutonis. Occidit igitur Medusam, quæ erat mortalis, quoniam solam aquam maris subtiliorem ac supernatantem extenuat, cum reliquæ aquæ subsideant. Dicti sunt in lapides conuerti, qui Medusam vidissent, quoniam admirabilis est sapientia Dei: atque attonitus prope ob admirationem confisteret, si quis intueri rectè posset solis vim & actionem, ac virtutes naturæ. Atque hæc ipsa fabula ad vitæ humanæ institutionem, ut dictum est, vniuersa transferri potest. At verò nunc de Sirenibus est dicendum.

De Sirenibus. CAP. XIII.

SIRENES

SIRENES & ipsæ periculosa hominibus monstra propter
 S cantus suauitatem, dictæ sunt ita cantilenis nauigantes ho-
 mines demulcere, vt in profundissimum somnum induceret:
 quos postea ita sopitos in mare deiciebant ac necabant: excogitabant enim ex omnibus cantilenis, quas pro cuiusque ingenio iucundiores fore putabant. Has igitur finxerunt antiqui Acheloi fluminis, qui Ætoliam ab Acarnania determinat, Nicopolimq; ciuitatem, quam Cæsar post victam Antonium ad victorię eius memoriam sempiternam erexit, alluit: & Terpichotes fuisse filias. Nicander libro tertio Mutatorum Melpomenen Sirenum matrem fuisse scribit, alij Steropeo, alij Calliopen. Has tres fuisse memorant, quæ Musas aliquando in certamen cantus prouocare Iunonis suasu ausæ sunt: quare cum prius essent alatae Sirenes, Musæ alas victis euulerunt, coronasque ex illis factas suis capitibus imposuerunt: quod factum est in Creta iuxta ciuitatem illa de causa vocatam Apteram, vt ait Crobylus libro primo. Illa de causa vt dictum est, postea alatis capitibus Musæ fuisse putabantur, præter vnā, quæ erat illarum mater. Hæ igitur iuxta Pelorum Siciliæ promontorium prius, vel (vt aliis magis placuit) in insulis Sirenu-
 sis habitauerunt: quæ sunt in extrema parte Italiæ, vt sensit Strabo libro primo: qui Sirenu-
 sas insulas etiam fuisse inquit lib. 5. saxosas ac desertas, non procul à Capreis. Hæ dictæ sunt inferiorem corporis partem habuisse volucrum auum, at superiorem ad humanam formam effictam, vt sensit Theopompus in Callæschro, & Isacius. Idcirco monstra illas vocauit Ouidius libro tertio artis amandi:

*Monstra maris Sirenes erant, quæ Voce canora
 Quaslibet admissa detinere rates.*

Nomina verò illarum fuerunt ista, Aglaope, Pisinoe, Thelxiope: vt voluit Chærilus, Thelxiope, Molpe, Aglaophonos. Clearchus verò Solensis in Amatoris, lib. 3. vnā illarum Leucosiam nominat, aliam Ligeam, tertiam Parthenopen: quare ait Strabo etiam libro primo Geogr. nobilissimam Italiæ ciuitatem Neapolim dictam fuisse Parthenopen de nomine vnius Sirenum quæ in iis locis mortua est. Eam verò ciuitatem Phalaris Siciliæ tyrannus instaurasse fertur per bella propè euersam, ac nouam ciuitatem nominasse, siue Neapolim: cum tamen Diodorus Siculus & Oppianus illam ab Hercule con-

ditam fuisse, & ita appellatam arbitrati sint. idem Strabo lib. 6. memoriz prodidit Leucosiam insulam nomen item obtinuisse ab altera Sirene, quæ ibi se in profundum abiecerit, ac interierit. Fabulantur unam harum voce, alteram tibiis, tertiam cum cithara vel lyra canere sonantem, ut variz illecebræ pro singulorum ingenio adessent, ut patet ex his carminibus:

Quod tibia, quod lieni, quod cornua riuca queruntur,

Quodque foras tibiis tibia mille sonat:

Quodque leues calami, quod suavis cantat Aedon,

Quod lyra quod cithara, quod moribundus olor.

Mirabilis profecto esse dicebatur harum Sirenum suauitas cantus, quando vel in apertam perniciem homines trahebant, efficiebantque ut sui ipsorum obliti in manifestam cædem se trahi patirentur. Idcirco cum Minyæ per ea loca nauigarent Anaxo nasem gubernante, se citharam sumpsisse scribit Orpheus in Argonauticis, suoque cantu Sirenum cantum retulisse: qui cum Deorum certamina caneret, minimè audire uerunt cantilenæ Sirenum, ut est in his:

ὄρα δ' ἰριζόμεθα λιγυρίω ὄρα γυρῶσι

κῆραι, ἀνοστήτες δὲ βροτῶν ἐκλυσοιν ἀκμάς.

δὴ τότε δὴ μαρτύωσιν ἰφηνδονα πύστις ἀοιδῆς

κρηῆτων ἠδὲ σφι παρὰ πλοῖον, ὅπου ἴμαμον

φροσῆλυ ἄλομῆλυ, χερῶν δὲ οἱ ἦεν ἰριτμά.

Hic cantus dulcis modulantur voce puella,

Atque viros mulcent, ratisque quat armora sulcant.

Ceperat hic cantus Minyas mulcere, nec ullum

Præteriturus erat Sirenum tristia fata.

Iam manibus remi exciderant: stetit vincta carina.

Illæ postea desperatione captæ, mutæq; factæ in mare musica instrumenta abiecerunt, ut testatur idem poeta in his:

δὴ τότε φρεμίζοντος ἀπὸ σποπῆλυ νεφρόστος

κρηῆνης ἐκμῆσας, ἰλυ δ' ἀμπαυθῶν ἀοιδῶν.

καὶ β' ἠμὴλωτῆς, ἢ δ' αὖ χίλυω ἰκβαλι χερῶν.

Dum citharam pulsat scopulo sublimi ab alto,

Sirenes trepida cantum tenuere sonorum:

Alter a deinde chelym c manibus iacit, altera lotos.

Quæ omnia Apollon: ita declarauit li. 4. Argon. ubi inquit Orphicum cithare aggeffum, omnem Sirenum vocem superasse:

αἴψα δὲ ἦσαν

καλίω

καλλῶ ἀνθεμότατον ἐπέδρακον, ἰθάκι γὰρ
 Σιρῆνι σείοντ' Ἀχελωΐδι, ἠδ' εἴησι
 εἰλυσσι μελαηται ὅτι παρὰ πῆγμα βάλουτο.
 τὰς μίτ' ἀρ' ἀφ' ἑῆς Ἀχελωΐος δ' ἔκλυσε
 γῆτατο Τερψιχόρη μυσίων μίση πρὸ ποτὶ λυγρῶ
 θυρατέρ' ἰφθίμῳ ἀδ' ἠντ' ἔτι πορσεύσκειν
 ἄμμιγα μελαπρόθοισι, τότε δ' ἄλλο μὲν εἰπτοῖσσι,
 ἄλλο δὲ παρθεϊκῆς ἰσαλιγλαμ ἴσκει ἰδίδοι.
 αἶε δ' ἑβόρμη δ' ἰδοκμήναι ἐκ πέδιοι πῆς,
 ἠδ' ἄμα δ' ἠπαλίωτ' μελαηταί τῶσσι ἴσαντο
 τικε δ' ἄνθ' ἰφθίμῳσσι. ἀπυλογίως δ' ἄρα πρὸ τοῦ
 ἴθ' ἐκ ἰσμάτωσσι ὅτι λείπον σὶ δ' ἀπὸ τῆς
 ἠδ' πείσματ' ἰσμάσσι ἐκ' ἠϊόντασι βραχίδοι,
 εἰ μὴ ἀρ' οἰάγρησι ποτὶς θρηϊκῶσσι ὄρρωτ'
 Μισσηλοῖσι χροῖσι ἴσκει φέρμησσι ταύνοσσι,
 κρωπιδῶσσι τρυχάλοισι μίλησσι κατὰ χροῖσι ἀείδῃσσι,
 ἑφ' ἄμυδ' ἰσκασιόσσι ἰπυρρομῖσσι ἀκκαῖ
 κρημῶσσι παρθεϊκῶσσι δ' ἰσπαλίω ἰφθίμῳσσι φέρμησσι.
 est insular protinus illu

*Fertili' aspecta, & stans: coluere canora
 Sirenes illas, proles Acheloiæ, quas tum
 Diva lues tantum mortalibus extitit illis,
 Qui mare sulcantes secere ad littora funes.
 Oium Terpsichore has Acheloo in luminis antas
 Edidit, illa una est Musarum, tum quoque natam
 Cantabant Ceteris formosam, tum quoque carum
 Altera pari virgo fuit, altera rursus & ales.
 E specula semper spectabant adnipientes,
 In patriam redita multi caruere per illas.
 Fundere & his dulcem vocem capere: rudentes
 E puppi fuerant tacturi ad littora, clarus
 Filius Oeagri nisi mox & Thracium Orpheum
 Bissoniam manibus citharam sumpsisset, & aures
 Sublimi cantu, tantu renocasset ab illo.
 Virgine, amque chelys vocem superasset acuta.*

Erat illa Sirenum astutia, ut quibus rebus maximè quisque audiendis delectaretur, eas præcipuè canerent: utpote ad captandos ambitiosos & gloriæ cupidos, res eorum gestas: ad demulcendos libidinosos, res amatorias canebant: erantque minificè

ἄλλοι δὲ ἰσοπέδῃ· ἵα δ' αὐτῶν πέρας ἀτήφειο.

*Sirenas primum aduenies, quæ carmine cunctos
Mortales mulcent, si quisquam accesserit illuc.*

Sirenum terras quicumq; improvidus hæsit,

Non illi pendens dulces circum oscula natis,

Non Vxor reduci, coniugia nulla parantur:

Sirenum cantus delectant, florido at illa

In prato resident, quod multorum osibus albet

Extinctorum hominum, postquam pervenerit illuc,

Tum monco navem curvis impellere remis.

Obtuta ceræ sociorum mollibus aures,

Næ quæ Sirenum voces exaudiat, ipse

Si cupit audire has, vincire manusq; pedesq;

Præcipio: ad malum & firmissima vincula nectant.

Erat enim tota ferè illa ora alba propter insepulorum ossa,
quod etiam ait Virg. lib. 5.

Iamq; adeo scopulos Sirenum adueta subibat,

Difficiles quondam, multorumque osibus albos.

Et Leïches in pama Iliade;

ἱερπῶς μὲν ἰσπερὶ ἔται ἀλμυρῶν ὕδαρ,

ἱερπῶς γλυκῆρ ἦσιν ἀοιδαῖς δὴ λήθητο

ταῖς πλήρως ταύταις, οἵτι πύβηται ὄσῃα λεοκία.

Sirenum post aduenies ad salsa profunda,

Sirenum dulci cantus quarum extitit illis

Dira luci nantii, quorum terra osibus albet.

At enim cum Vlysses illarum fallacias obtutatis auribus socio-
rum, ipseque malo alligatus fecellisset, fama est ipfas Sirenes se
in mare præcipitasse, neque amplius postea auditas, ut illa car-
mina significant:

Sanguine Sisyphio generatus magnus Vlysses

Hæc tutos sola præstitit arte suos,

Illeuit ceræ sociorum callidum aures,

Atq; suas vinculis præbuit ipse manus.

Transiit scopulos, & inhospita litara classis:

Illæ præcipites desilvere freta,

Cum verò se in mare præcipitassent, siue illud Orphei, siue V-
lyllis arte factum est, dicuntur in laxa fuisse conuertia; sicuti te-
statue Orpheus in Argonaut.

ἰδὲ δ' ἀπὸ σπῆρας ἵα, ἵα πύβηται εἰς λυγρῶς

μοιριδίε θαλάσσιος· εφίαι δ' ἀπὸ ρογαδὸς ἄκρως
 ἐκ βυθὸν δίσκυσσεν ἀλιφροσίου θαλάσσης.

πίτρας δ' ἠλλάξαντο δέμας, μορφὴν δ' ὑπέροπλον.

Sunt grauius quæstæ, ut senserunt fata Deorum

Aduentasse sibi: summaq; crepidine saxi

Præcipites saluere maris spumantis in undas.

Protinus in duras vertuntur corpora cantes.

Atque cum illud accidisset ut victæ sint non procul à litore Crete, vrbs è regione vocata fuit Aptera, quòd alæ ibi deiectæ sint. Atque tot de Sirenibus fabulosè dicta sunt ab antiquis.

¶ Nunc quid per has significarint, inquiramus. Atque illud primùm ridiculū videtur, fuisse vnquā aliqua animalia, quæ fuerint è duabus tam diuersis formis composita, vt altera pars esset piscis, altera hominis, cum neutrum horum animalium in aquis & in sicco viuat. nec me latet quòd quidam crediderūt in generatione mundi, cum diuisa fuerunt à summo opifice inter se elementa, omnia animalia primùm sponte nata esse, atq; ea quæ plurimum haberēt caloris, ad superiora lata factas esse volucres: quæ multum haberent terrestrem missionem, in numero reptilium atq; terrestrium animalium constitisse, terramq; inhabitasse: at quæ a quosie naturæ accederent, mare & aquas inhabitasse, vocataq; esse natantia. Sed enim cum terra postmodo calore Solis siccata condensataq; fuisset, cessauisse hanc generationem, & ex mutuo congressu animalia fuisse orta, vt sensit Anaxagoras physicus, cuius auditor Euripides ita scripsit in Melanippe:

ὡς ἕρηνός τε γὰρ ἀτ' ἦν μορφὴ μία.

ἰπέα δ' ἰχθυοειδῆσιν ἀμύλων δίχῃ,

τίκτεσι πάντα, κοινὸν ὄντων εἰς φάος

δένδρον, πετρεῖν ἄθῆρας, ἕσθ' ἄλμυρῆσιν,

γένος τε θνητῶν καὶ θεῶν, οἷτ' ἕρηνός

εὐρόντες ἦλθοι, πομπὰ καλὰ, χρήσιμα.

Vi vna forma terra, calorq; affuit.

Scilicet a cunctis fuere primis at inuicem,

Solis tulere cuncta clara in lumina,

Feras, volucres, arborei, prolem maris,

Viros, Deosq;, quævis cælum fuit,

Quòd protulere multa pulchra commoda.

scribit Archippus in lib. 5. de Piscibus, loca quædam marina in

angustias quasdam præruptorum montium contracta fuisse, in quas illius fluctus sonum cum suavitate & harmonia emittentes nauigantes allicerent ad visendum; quò cum appulissent undarum impetu delati, absorbebantur: vnde locus datus est fabulæ. At Doriion in libro de Piscibus formosas quasdam meretriculas fuisse Sirenas scribit in litore habitantes, quæ suavitate harmoniæ ad se nauigantes alliceret, & allectos tandiu retinere, quandiu ad summam inopiam neglecta rerum utilium cura redigereatur: quare dicti sunt omnes naufragium pati, qui ad Sirenes accessissent. dictæ sunt. n. Sirenes, quasi catenæ, quia allectos vincunt in amore. Non defuerunt qui Sirenes aues fuisse Indicas putarint, quæ allectos nauigantes ad litora cantus suavitate sopitos postea laniarent, ac deglutirent. Horatius lib. 1. Sermionum, non saxa, neq; meretrices, neq; aues Indiæ, sed desidiam, & turpissimam propè omnium ignauiam Sirenes esse scribit, quæ omnes ad se alliciant, & in perniciem doneque adducant, cum inquit:

*Contemnere miser: vitanda est improba Sirem
Desidia.*

Ego sanè Sirenum cantus ac Sirenes ipsas, nihil aliud esse crediderim, quam voluptates, & earum titillationes: quæ dicuntur vnius Musarum & Acheloi filiarum, cum taurino patre, & ad voluptates propenso natarum sint; Musaque sit suavitas illa, quæ nos ad eas allicit. Hæ nos in perniciem denique inducunt, quia ex ea parte animæ oriuntur, quæ caret ratione, & *ἄλογος* vocatur. hæ ad exprimendam mortalium naturam partim beluarum, partim vitgines videbantur: quia monstro propè similis est is qui non rationi & consilio, sed cupiditati paret: cum altera pars illius homo sit, altera belua. cum enim vis animæ nostræ alia sit compos rationis, alia ratione careat, quo pacto non habet quisque intra se inclusas & latentes Sirenes? aut qui nihil habeat, nisi formam corporis, cum homine commune, nullaque ratione utatur, sed huc illuc feratur pro animi impetu, quocumque libido & appetentia & cupiditas tulerit: quo pacto is non habet intra se Sirenem, vel ipse potius monstrum terribissimum efficitur? cum verò alij rebus alijs facilius capiuntur, neque omnes aut libidinis stimulis agitentur, aut ambitione, aut auaritia: illæ rerum omnium cognitionem se tenere gloriabuntur, singulosq; gratis cantilenis demulcebant,

Testantur vel illarum nomina nihil aliud fuisse Sirenes quàm motus animi. quid enim est Pisinoe? an non vis menti facile suadens? πείθει enim suadere, πείθεσ mens est. at verò Aglaope suavis est aspectu; Thelxiope vel solo aspectu delectat, cum εὐλασσει delectare significet: & Thelxinoe mentem demulcet, & iucunda vox est Aglaophoni, & sonora Ligeæ, & candida est Leucosia, & virginis faciem habet Parthenope: quæ omnia nomina facile vel ad impetus animi, vel ad libidinosâ scorta possunt accommodari. Si quis igitur calamitates complures, & ætumnas multas deuitare voluerit, is ad voluptates illegitimas, & ad turpia humanæ vitæ lenocinia ad Vlyssis exemplum aures obturet opus est, aut Orphei, reliquorumq; sapientum virorum monitis pateat, eosque solos audiat. quod siquit ad ipsarum Sirenum cantum tamen apertas aures habuerit, suo præque ingenio vitam suam gubernarit, is se rationi alliget oportet, ut malo nauis se alligauit Vlysses: cum incredibili ac penè diuina prudentia opus sit, cum quis fuerit semel à Sirenibus delectatus, ut possit inde incolumis recedere. Conuenit igitur ut Orpheus, aut vir aliquis sapiens & amicus, Sirenum voces sapientissimis & fidelissimis consilijs vincat, nisi perniciosarum voluptatum illecebris in miseras trahi malimus. Alij verò Sirenes esse adulatorum voces crediderunt, quia peste nulla neque suauior, neq; sceletatior principes aut ambitiosos homines isuadit. Illæ in profundissimum somnum principes inducunt, quia tanquam dormientes, eorum plerique quid differat amicus ab adulatore non vident. & quoniam suauior est auctibus adulatoris quàm amici oratio, quæ iucundiora sunt libetius admittunt. at contra adulatotes cognitio ingenio principis, illi qui iucundiores futuri sint sermones excogitat, & numerum gestarum gloria, vel congerendis opibus, vel scortis, vel alijs huiusmodi rebus delectetur, eiusque studium minificis laudibus extollunt. Quæ oratio cum grata sit audienti, Sirenes vnus Musarum filiarum dictæ sunt. at illæ denique in perniciem trahebant auditores: quoniam vbi adulationi locus est, nullus amicitie, nullus synceritati, nullus iustitiæ patet: quippe cum is qui magis alijs quàm sibi ipsi de se credat, ad suauitatem loquentibus, ad omnem vel suam vel suorum salutem & felicitatem coniuuat, minimeque diligens in rebus agendis efficiant, opus est. Hæc vna causa est cur tam frequenter mutati sint principes

eipes regionum in Italia, neq; idem regulus fuerit diutius eiusdem regionis: cum nihil neque firmitus sit, neque stabilius eo regno, quod à sapiente principe gubernetur. Qui enim neque Deum neque homines per iniuriam offenderit, quo pacto calamitates patietur, cū vix illi principes everti possint, qui sunt facinorosi? aut quo pacto princeps qui à se adulatorem rejiciat, vit non bonus, & prudens, & sapiens esse poterit? at de Sirenibus satis, nunc de Orphæo dicamus.

De Orphæo.

CAP. XIII.

FVIT Orphæus, ut sensit Myrleanus Asclepiades, Apollinis & Calliopes vnius Musarum filius. nam quamvis diversæ fuerunt variorum scriptorum de illius parentibus sententiæ, tamen Myrleani sententiam secutus Virgilius ita scripsit in Pollione:

*Non me carminibus vincet nec Toracius Orphæus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atq; huic pater adsit,
Orphæu Calliope, Lino formosus Apollo.*

Atque Menæchmus illum Apollinis filium fuisse tradidit, cum nullam fecerit de matre mentionem, ut est in his carminibus:

*πῆρεϊ αἰὸσ πατρὸς ἐν γυῖω ἀποτίσαντε λάωφιν,
ὄρφῆ' ἀπακτὸν ἄντα τὸ ἀπόλλωνος φίλον υἱόν.
Pieræi immites pænae certe inde luenti,
Quod casus tibi est natus Apollinis Orphæus.*

Apollonius verò lib. I. Argonaut. OEagri & Calliopes filium tradidit fuisse his versibus:

*πρῶτ᾽ ἔκω ὄρφηος μνησώμεθα, τὸν ῥά ποτ' αὐτῆ
ἐκαλλῶ πη ὄρφηϊσι φρατίζοντι ἱνυθῶσιν
οἰπύρω σκοπιῆς πημπληίδος ἀγχι τικίδω.
Atq; alios inter primum cantabimus Orphæus.*

*Calliope OEagro peperit Pimpleidos illum
Non langinqua iugis, lecto coninnctæ iugali.*

Alij OEagri & Polymniæ, alij Menippes, alij Thamyridis filius fuisse voluerūt, atq; Ialemū & Hymenæum huius fratres fuisse constat. Hunc tanta canendi peritia excelluisse inquit, ut fluuij ad eius cantum firmarentur, aues aduolarent, feræ propeterent, sylvæ, & saxa, & venti, & omnium vel sensu carentium genera accurrerent, ut ait Horatius libro primo Carminum: